



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici  
Doctiss. Sacrae || Theologiae & Iuris Canonici Doctoris ||  
celeberrimi, ac Ecclesiae Ham-||burgensis quondam  
Decani**

**Krantz, Albert**

**Coloniae, 1574**

Capvt XXVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11453**

Horneburg firmavit. Hæc breui transimus, quia latius in  
Metropoli nostra diximus.

## CAPVT XXVIII.

**P**hilippus autem rex, cognito quod rex Dania cum  
exercitu veniret in fines Saxonie, arbitratus illū  
quoque partibus Ottonis amuli sui accedere, ingentem  
contraxit exercitum Vngarorum, Bohemorum, Teuto-  
num, & qui tum omnium erant formidabilissimi, Val-  
norum: consedit Bambergæ, adunationem exercitus  
sui expectans: cum interim Otto non minus se excipi-  
endo hosti, magnis copijs & com meatibus prouisis, & ar-  
cium ac oppidorum munitionibus præpararet. Per quæ  
tempora erat Bambergæ inter Philippi duces quidam  
Otto de Döwiltisbach comes Palatinus, intantum regē  
quandoque addictus, ut filiam ille regis speraret coniu-  
gem. Cumque feris moribus, quod nimium videretur gla-  
dio promptus, occisis quibusdam qui regi essent comen-  
datissimi, a se regem auertisset, iamque illius filie nuptijs  
desperatis, filiam ducis Polonia, quæ materno genere  
ipsum etiam regem contingeret, deposceret: inque eam  
rem literas à rege commendatitias deposceret, exemplar  
proferens, quo sibi profuturas speraret literas: rex ver-  
bo assensus, animo aliud agebat, quod feroci viro ut fili-  
am, sic cognatam putabat esse negandam: & perfectis  
iam literis, traditæ sunt poscenti. Ille ubi accepit, vel si-  
gno deprahendit, vel animo coniecit immutatas. Itaque  
seuocans scribam, apertas iussit recitari: nam vir mili-  
tariis literas ipse non agnouit. Vbi ille vidit literas Vria,  
expauit, dominumque obsecrabat, nè se cogeret literas  
interpretari: esse sibi vitæ apertum discrimen, ubi apud  
regem comperiretur se literas comiti recitasse. Peper-  
it precanti, & animo magis ac magis efferratus, repe-  
rit



rit alium, qui literas interpretaretur: Infremuit, ubi audiuit, & tamen nihil dicens, iram, ut potuit, compressit: Stratæ equis, redibat in palatium, per media disponens, qui abitu eius tuerentur: & nudato gladio ludibundus ibat per palatium: Inde regij triclinij fores appellas intramittitur: Ibi quoque, ludens gladium versabat. Increpitus à rege, quid sibi vellet enssem in conspectu suo vibrare, non esse locum, neque, tempus digladiandi. Respondet ille: Et locus & tempus enssem poscunt. Hoc dicens, regem confodit, vnoque, exanimat ictu. Dum stupent qui aderant, ille dispositis per media custodibus, gladium versans, eques abibat. Hic erat lachrymabilis exitus regis Philippi, viri mansuetissimi, & qui in diuina religione non segniter haberetur: Apud summum tamen pontificem paterna illi & fraterna durities oberant. Hic erat annus octauus post mille ducentos, antea monstratus religioso viro in Raceburgo, quod finem esset tumultibus ille annus daturus. Doluerunt inconsolabiliter omnes, qui regi illi adhaerere: Planxerunt, qui virtutem propius nouerunt: Sed volat irreparabile, quod præterierat. Waldemarus Bremensis electus, qui multum sperauerat in Philippo, nunc magna parte spe concidit.

## CAPVT XXIX.

**R**EX Otto iam aduenisse tempus ratus, quo de inimicis se vindicaret, prohibitus est à principibus, præsertim archiepiscopo Magdeburgensi & Bernhar do duce Saxonie, rectè rem coniectantibus: melius modestia, quam vi, rem prosperandam: Nam si violentus intriteris, inquit, alium surrogabunt emulum: Sin mansuetè ages, vnus in te omnium aderit consensus. Sequitur rex iusta pacis consilia, & in Halberstadio indixit regni conuentum, omnibus principibus euocatis, ut de

com-